GRÖSSE vom Argo 5 Zoll bis 1 Schuh in der Länge; A. vitreus 2 ½ — 3 Zoll lang; A. Cornu 4 — 5 Lin. lang; A. arct. 3 ½ Lin. im Durchmesser.

Von diesen 4 Arten haben wir nur eine Art, die zu unserm Zwecke dienet, den ARG. CORNU, den wir hier darstellen.

ARGONAUTA CORNU

WIDDERHORN-ARGONAUTE.

German. das antike Trinkhorn, Spengler.

Der kleine Papier-Nautilus, Chemnitz.

Der Papier-Nautilus mit sichtbaren Windungen, Schröter.

T A B. I. Fig. a. b. c. d. e.

Gall. le Cornet de Chasseur, Favann.

Linn. Syst. nat. edit. XIII. Gmel. p. 3368. sp. 4.

Spengl. Beschäft. d. Berliner Naturf. 2. Bd. pag. 458. Tab. 13. Fig. 3. 4. 5.

Favann. Conchyl. p. 599 & 665. Tab. 5. Fig. 1.

Schröt. Conch. Kennt. 1. Bd. p. 6. Nro. 2.

Chemnitz Conch. Cab. 10. Bd. p. 4. Tab. 137. Fig. 1271.—1273.

Schreibers Conch. Kennen. 1. Bd. p. 2. n. 4.



TESTA subrotundata spiralis convoluta, tenuis, subpellucida, anfractibus tribus (in modum cornu arietis inflexis) conspicuis s. apertis, disjunctis, amplitudine repente decrefcentibus; *spira* tota horizontaliter planata, striis arcuatis subradiantibus levissimis notata (Fig. b.); latere opposito s. inferiore elevatiore medio retuso s. quasi umbilicato, similiter striato, (Fig. c.); dorso convexo, utrinque angulato, infra obtusiore, transversim s. ductui anfractuum parallele costato, costis quinque obtusis interrupte leviter nodulosis, sulcis quatuor intermediis planis radiatim subtiliter, sed dense firia-

Die SCHALE ist etwas rundlich, spiral- oder schnirkelförmig zusammen gerollt, dünn, ein wenig durchsichtig, hat drey sichtbare von einander absteheude (nach Art eines Widderhorus eingebogene) Windungen, die in der Dicke jäh abnehmen; der Wirbel ragt gar nicht hervor, sondern ist horizontal gleich und völlig flach, mit bogenförmigen ziemlich strahlartig auslaufenden feinen Streifen gezeichnet (Fig. b.). Die entgegengesetzte oder untere Seite ist mehr erhaben, in der Mitte eingedrückt, oder gleichsam genabelt, und auf gleiche Weise gestreift (Fig. c.). Der Rücken ist rund erhaben,

tis (Fig. d, e.); *apertura* magna dilatata subrotunda, margine subreflexo, repando.

COLOR, albus.

PATRIA, Oceanus ad Promontorium bonæ Spei, *Spengl.*; mare ind. orient. *Favann.*; atlanticum ad litt. Portugalliae, *Schreibers.*

MENSURA, 4 lin. diam. major. $2\frac{1}{2}$ lin. diam. min. $2\frac{3}{4}$ l. altitud. max. $1\frac{1}{2}$ l. alt. min.

Not. Nisi celeberrimorum in conchyliologia peritissimorum virorum D. D. *Spengleri*, *Schröteri* & *Chemnitzii* contra nos staret auctoritas, qui cochleam hanc generi Linnæano *Argonauta* dicto appropriarunt, magnopere inclinaremus eam ad Turbines & quidem juxta Delphinum L. transferre, quibuscum, spinosum ramosumque si demas, magnam habet affinitatem, etiam quoad orificium, quod in nostro specimine non quadrangulare, uti vulgo describitur, sed rotundatum apparet.

auf beyden Seiten winkelig, doch unten stumpfer, nach der Schale, d. i. mit dem Lauf der Windungen parallel liegen fünf glatte, stumpfe, absatzweise schwachknotige Rippen, welche zwischen sich vier flache Furchen, oder vertiefte Zwischenräume bilden, die gegen den Mittelpunkt zu strahlig, zart, aber dicht gestreift sind, (Fig. d. e.). Die Mündung ist groß, erweitert, beynahe rund, mit einem etwas ausgebogenen und ausgeschweiften Rande.

FARBE, weiß.

VATERLAND, das Weltmeer an Vorgebirge der guten Hoffnung, Spengler; ostindische Meer, Favann; das atlantische an der Küste von Portugall, Schreibers.

GRÖSSE, 4 Linien groß. Durchm. $2\frac{1}{2}$ Lin. klein. Durchm. $2\frac{3}{4}$ Lin. gr. Höhe, $1\frac{1}{2}$ Lin. kl. Höhe.

Anmerk. Wenn wir nicht das Ansehen erfahrener Conchyliologen, eines Spenglers, Schröters und Chemnitz wider uns hätten, die diese Schnecke in das Linn. Geschlecht *Argonauta* gesetzt haben, so wären wir sehr geneigt, dieselbe zu den Mondschnecken neben den Delphin (*Turbo Delphinus* L.) zu setzen, mit welchem sie, das Dornige und Lappige oder Aestlige ausgenommen, sehr viel gemein hat, auch in Rücksicht der Mündung, die an unserm Stücke nicht viereckig, wie sie insgemein beschrieben worden ist, sondern rundlich sich zeigt.

NAUTILUS.

SCHIFFER.

- TESTA univalvis, spiralis involuta, polythalamia;
- ANFRACTUS contigui, obiecti, concamerati;
- THALAMI simplices, rarius iterum loculati, transversim distincti
- ISTHMIS seu Dissepimentis fornicatis perforatis
- SIPHONE quandoque testaceo interrupto, saepe contiguo, includente nervum, vel tubulum curvatum per totam testam continuum;
- ORIFICIUM vel simplex, vel pluribus foraminibus compositum.
- Die SCHALE besteht aus einem Stücke, ist schnirkelförmig eingewellt, vielkammerig; die
- WINDUNGEN sind anliegend, bedeckt, in mehrere Fächer eingetheilt; die
- KAMMERN sind gewöhnlich einfach, seltener wiederum in kleinere Fächer eingetheilt, in die Quere durch
- SCHEIDEWÄNDE unterschieden, die gewölbt und durchlöchert sind mittelst einer
- SAUGRÖHRE, die aus sechsaligen Bestandtheilen besteht, die mannsahl in einem fortgeht und eine durch die ganze Sechale forslauende häutige Röhre einschließt; die
- MÜNDUNG ist bald einfach, bald besteht sie aus mehreren Öffnungen.

Cum semper ægre & solo veritatis amore, neutiquam novationis pruritu ductaliam, quam quæ a claris Viris stabilita & unanimi fere consensu recepta est, sequamur sententiam, sic etiam hac vice in constituendo & arctioribus limitibus, quam ab Illustri Linnæo factum est, coërendo Nautili genere non nisi urgente, uti saltem nobis persuasum habemus, necessitate commoti sumus, ut ea testacea univalvia polythalamia, quæ licet structura habituque magna ex parte lon-

Da wir allezeit schwer daran kommen und keineswegs durch Neuerungssucht geleitet werden, eine andere Meinung aufzustellen, als diejenige, die von berühmten Männern festgesetzt und durch einhellige Übereinstimmung aufgenommen ist, so wurden wir auch jetzt bey genauer Bestimmung des Geschlechts Nautilus und dessen Einschränkung in engere Grenzen, als das von Linné so genannte hat, bloß durch die dringende Nothwendigkeit, wie wir wenigstens unseres Theils dafür hal-

ge inter se diversa in unum ideoque nimis laxum genus a Linnæo coacervata & quasi coarctata sunt, in quatuor dispartiverimus genera, reservata primo generi denominatione *Nautili*, reliquis *Hammonii*, *Litui* & *Orthoceratis* nomine imposito, quæ quidem non inconsueta, sed olim jam quibusdam speciebus data sunt. Conatus nostros dijudicent doctoris ingenii neutriusque partis studiosi Conchyliologi.

Ut character, quo hæc quatuor genera a se invicem differunt, clarius elucescat citiusque possit concipi, cujuslibet trium posteriorum definitiones hic sistimus.

HAMMONIUM testa univalvi spirali, convoluta, polythalamia; *Anfractibus* vel utrinque, vel solum supra conspicuis, contiguis, concameratis; *Thalamis* simplicibus, vel rarissime iterum concameratis; *Isthmis* transversis fornicatis pertusis *Siphone* testaceo laterali (in pluribus, an in omnibus?); *Orificio* lineari in latere inferiore, rarius antice.

ten, dahin veranlasset, daß wir diejenigen Schalthiere, deren Gehäuse nur aus einem Hauptstücke besteht, aber vielfäherig ist, welche insgesammt, so sehr verschieden sie auch grossen Theils ihrem Bau und äusserlichen Ansehen nach von einander sind, Linné in ein einziges und daher allzusehr ausgedehntes Geschlecht zusammengehäuft, und gleichsam zusammen gedrängt hat, in vier Geschlechter zertheilten, für das erste den Namen *Nautilus* beybehielten, den drey übrigen aber die Benennung *Hammonium*, *Lituus* und *Orthoceras* beylegten, die zwar an sich nicht neu, sondern ehemals schon verschiedenen Arten gegeben worden sind. Ob wir hierin wohl gethan haben, überlassen wir Konchyliologen von tieferer Einsicht und unbefangnem Gemüthe zur Beurtheilung.

Damit aber der charakteristische Unterschied zwischen diesen vier Geschlechtern besser erhelle und geschwinder eingesehen werden möge, wollen wir auch die Erklärungen der drey folgenden Geschlechter gleich hierher setzen.

Das **HAMMONIUM** ist einschalig, schnirkelförmig, zusammen gerollt, und vielhammerig; die Windungen sind entweder auf beyden Seiten, oder wenigstens oben sichtbar, anliegend, gekammert; die Kammern einfach, oder sehr selten wiederum mit mehrern Fächern versehen, in die Quere durch Scheidewände unterschieden, die gewölbt und durchlöchert sind von einer hartschaligen Saugröhre,

LITUUS testa univalvi recta vel subarcuata, apice incurvato-spirali, polythalamia; *Anfractibus* vel contiguus, vel disjunctis, mox conspicuis, mox obtectis; *Thalamis* simplicibus transverse distinctis *Isthmis* fornicatis; *Orificio* vel centrali orbiculari, vel transversim lineari interrupto, aut simplici aut duplici serie pororum (an simul apertura siphonis?).

ORTHOCERAS testa univalvi porrecta, vel stricta, vel subarcuata, apice recto, quandoque inflexo, polythalamia; *Thalamis* simplicibus, aut uniseriatis, aut alternantibus; *Dissipimentis* vel transversis, vel obliquis, fornicatis, vel angulato-flexuosis; *Siphone* (in quibusdam testaceo, an in omnibus?) vel centrali, vel laterali; *Orificio* orbiculari, vel ovali, vel lineari, aut centrali, aut laterali (an simul siphonis ultima apertura?).

die (bey den meisten, ob bey allen?) an einer Seite angebracht ist; die Mündung ist strichförmig, an der untern Seite, selten vorwärts.

Der LITUUS ist einschalig, gerade, manchmahletwas gebogen, in beyden Fällen am obern Theile oder an der Spitze schnirkelförmig eingekrümmt, vielkammerig; die Windungen der Spitze sind entweder anliegend, oder abstehend, bald sichtbar, bald bedekt; die Kammern einfach, nach der Quere abgetheilt durch gewölbte Scheidewände; die Mündung ist bald in der Mitte kreisrund, oder querüber strichförmig unterbrochen, bald in einfacher, bald in doppelter Reihe von kleinen Löchern (ist vielleicht auch zugleich die Oeffnung der Saugröhre?).

Das ORTHOCERAS ist einschalig, ausgestreckt, entweder ganz gerade, oder etwas gekrümmt, an der Spitze gewöhnlich ganz gerade, zuweilen ein wenig umbogen, vielkammerig; die Kammern sind einfach, entweder in gerader Reihe, oder wechselweise über einander stehend; die Scheidewände stehen entweder quer über oder schief, sind entweder gewölbt, oder winkelig hin und her gebogen; die (in einigen Arten, vielleicht in allen, hartschalige) Saugröhre ist bald in der Mitte, bald an der Seite; die Mündung entweder kreisrund, oder oval, oder strichförmig, bald in der Mitte, bald an der Seite (etwa zugleich die letzte Oeffnung der Saugröhre?).

Ex his quatuor juxta se positis definitionibus genericis, desumptis potissimum a specimenibus naturalibus, adhibita pariori comparatione cum quibusdam fossilibus (licet attentioem horum contemplationem ad majorem illorum illustrationem non parum nobis contulisse candidè fateamur), fatis patebit, qualis intercedat differentia.

Differt nimirum NAUTILUS anfractibus *obtectis* ab Hammonio. Porro differt forma *spirali* ab Orthocerate, & denique forma *tota spirali* a Lituus.

HAMMONIUM distinguitur anfractibus *omnibus* vel utrinque vel saltem altero latere *conspicuis* a Nautilo; structura *spirali* ab Orthocerate, & *tota spirali* a Lituus.

LITUUS differt parte *porrecta* a Nautilo & Hammonio; et parte *spirali* ab Orthocerate.

ORTHOCERAS denique discedit forma *tota stricta*, vel plus minusve *arcuata*, a tribus præcedentibus generibus, licet inter hæc duo posteriora genera, Lituus nempe & Orthoceras, sicut inter duo anteriora, Nautilus & Hammonium,

Diese neben einander gesetzte vier Geschlechts-Erklärungen sind hauptsächlich nach Stücken in ihrem natürlichen Zustande entworfen. Doch hat man auch sparsam Vergleichen mit einigen fossilen angestellt; dabey wir freymüthig gestehen, daß die aufmerksamere Betrachtung dieser letztern uns nicht wenig zu näherer Beleuchtung jener, der natürlichen, behülflich gewesen ist. Aus diesen Erklärungen nun wird zur Genüge der Unterschied erhellen, der zwischen unsern vier Geschlechtern obwaltet.

Der NAUTILUS unterscheidet sich nemlich durch die bedeckten Windungen vom Hammonium, ferner durch die schnirkelartige Gestalt vom Orthoceras, und endlich durch den vollkommen schnirkelförmigen Bau vom Lituus.

Das HAMMONIUM zeichnet sich durch alle seine entweder beyderseits, oder wenigstens einerseits sichtbare Windungen vom Nautilus aus, durch den schnirkelförmigen Bau vom Orthoceras, und durch den ganz schnirkelförmigen vom Lituus.

Der LITUUS weicht durch den gerade ausgestreckten Theil vom Nautilus und Hammonium ab, und durch den spiralförmigen Theil vom Orthoceras.

Das ORTHOCERAS endlich unterscheidet sich durch seine völlig gerade, oder doch nur mehr oder minder gekrümmte Gestalt von den drey vorgehenden Geschlechtern, obwohl nicht kann geläugnet werden, daß zwischen den beyden letztern

magnam versari affinitatem negari haud quaquam possit.

Ceterum hæc quatuor genera differunt ab omnibus aliis hucusque notis testaceorum generibus in eo, quod *polythalamia* sint, reliqua vero omnia solummodo *simplici cavitate* gaudeant, si aliquot serpulas excipias, (Linnaeus de unica solum specie locutus est, quam serpulam polythalamiam κατ' ἔξοχην nuncupavit, cum tamen alias etiam isthmis interseptas invenerimus), quæ autem vicissim a nostris generibus in eo discedunt, quod *adhereant* aliis corporibus, quod *fecus* in præfatis generibus, quæ *libera* sunt, quo non solum cum serpula femulo Linn. (quæ vero nobis proprium genus *Fruventarii* nomine constituit), sed & hoc conveniunt, quod dicta Serp. Seminulum quoque multilocularis sit.

Ad Polythalamia referri possunt Testæ hammoniformes Dni. Abbatis Soldani Testaceographia T. I. P. I. tab. 68-83. & certo respectu variæ polymorphæ P. II. tab. 109 — finem dispersæ.

Circa genus nostrum *Nautilus* dictum, cui nomen hoc jam tritum, a Nautilo Pompilio, qui agmen ducit, depromptum, & a Linnaeo generi suo impositum, reservare maluimus, quam novum

dem *Lituus* nehmlich und *Orthoceras*, so wie zwischen den beyden erstern, dem *Nautilus* und *Hammonium*, sehr viel *Überstimmung* herrsche.

Übrigens unterscheiden sich diese vier Geschlechter von allen übrigen bisher bekannten Schalthier-Geschlechtern dadurch, daß sie vielkammerig sind, alle übrige aber nur eine einfache Höhlung haben, etliche *Serpula* ausgenommen (Linnæ hat nur eine einzige Art genannt, die er vorzugsweise die vielkammerige nannte, da wir doch auch andere mit Scheidewänden begabte gefunden haben), welche aber wiederum darin von unsern Geschlechtern abgehen, daß sie an andere Körper sich ansetzen, da hingegen erwähnte Geschlechter frey sind, worin sie nicht nur mit der *Serpula Seminulum* Linn. (die aber bey uns ein eigenes Geschlecht unter dem Nahmen *Fruventarium* ausmacht), sondern auch darin übereinkommen, daß gedachte *Serpula Semin.* auch mehrfächerig ist.

Zu den vielkammerigen Konchylien können auch gerechnet werden die Testæ hammoniformes des Hrn. Abts Soldani in seiner Testaceographia T. I. P. I. Tab. 68-83, und gewissermassen auch verschiedene vielerley gestaltete, die sich im P. II. Tab. 109 bis ans Ende zerstreuet finden.

In Ansehung unseres Geschlechtes, *Nautilus* genannt, für welches wir diesen bereits bekannten vom *Nautilus Pompilius* L. als der ersten Art hergenommenen und von Linnæ seinem Geschlechte beygelegten

magis ignotum condere, quædam adhuc monenda sunt; præsertim quæ ad speculatiorem partium structuram variarum specierum spectant, & ad faciliorem harum cognitionem contribuere possunt.

a. Omnes hujus generis species habent TESTAM vel orbicularem s. rotundatam, vel subovalem, vel subovatam, aut *ambitu* integro, aut repando, aut angulato, aut obtuso, aut carinato, mox dentato, mox spinoso seu aculeato, mox inermi, *superficie* lævi, striata, strigillata, costata, punctata, punctis vel elevatis, vel excavatis, granulata, tuberculata, tuberculis vel globularibus, vel irregularibus. Porro testis est *involuta*, ubi nimirum anfractus interiores spiritaliter circumvolvuntur ab exterioribus ita, ut utroque latere non nisi extimus conspicuus sit, (anfractibus obtectis), ex. gr. Nautilus Vortex gyris partim apertis (Tab. 2. fig. h.) & Naut. lenticularis per axem dimidiatus (Tab. 7. fig. d.) Hac structura Nautilus convenit cum Cypræis & aliquot Bullis Linnæi, cum contra ille discrepet ab omnibus reliquis testaceis spiritaliter contortis, quibus plurimis est testis *convoluta*, scilicet ubi anfractus interiores ab exterioribus ita spiritaliter circumvolvuntur, ut omnes vel utrinque, vel saltem altero latere manifeste appareant, (anfractibus apertis sive conspicuis). Hujusmodi sunt: Argonautæ, Hammonia, Co-

Nahmen lieber haben beybehalten, als ein neu neuen weniger bekannten schöpfen wollen, kommt noch ein und anderes zu bemerken, besonders was den näheren Bau der Theile an verschiedenen Arten angehet, und zu leichterer Kenntniß derselben beytragen kann.

a. Alle Arten dieses Geschlechts haben entweder eine kreisrunde, oder etwas ovale, oder ziemlich eyförmige SCHALE, deren Umkreis entweder ganz, oder ausgeschweift, oder winkelig, oder stumpf, oder gekielt, bald gesahnt, bald dornig, oder stachelig, bald ohne dergleichen Auswüchse ist, auf der Oberfläche glatt, gestreift, gestrichelt, geribbt, erhaben oder vertieft punktirt, gekörnt, höckerig, mit Kügelchen oder unregelmäßigen Höckerchen. Ferner ist die Schale eingerollt, oder in sich selbst gewunden, wo nemlich die innern Windungen von den äußern schnirkelförmig unwunden, oder so eingewickelt werden, daß auf jeder Seite bloß die äußerste sichtbar ist (verdeckte Windungen), z. B. der Nautilus Vortex mit zum Theil geöffneten Windungen (Tab. 2. fig. h), in gleichen N. lenticularis durch die Axe zur Hälfte getheilet (Tab. 7. fig. d.). Durch diesen Bau kommt der Schiffer mit den Porzellanschnecken (Cypræa L.) und einigen Blasenschnecken (Bulla L.) überein; hingegen unterscheidet er sich von allen andern schnirkelförmig gewundenen Schalthieren, die eine zusammen gewundene oder zusammen gerollte Schale haben, nemlich,

ni, quædam Bulæ & Volutæ, omnia-
que illa testacea, quæ sensu Linnæi spi-
ra regulari gaudent, quibus accenseantur
etiam aliquot Serpulæ ^{a)}.

wo die innern Windungen von den äußern
dergestalt schnirkelförmig unwunden wer-
den, daß alle entweder auf beyden Sei-
ten, oder wenigstens auf einer Seite von
einander unterschieden werden können
(sichtbare Windungen), dergleichen sind
die Argonauten, Amonshörner (Hamma-
nia), Kegelschnecken, einige Blasen-
schnecken, die Walzen- oder Faltschne-
cken, und alle jene Schalthiere, die nach
der Linneischen Bedeutung regelmä-
ßige Windungen haben, welchen auch einige Ser-
pule beyzuzählen sind ^{a)}.

a) Vocibus involutum & convolutum in aliquali
alio sensu utimur, & nō fallimur, distinctiori,
quam in Murray fundam. testaceolog. (Linn.)
explicatæ sunt. Sic etiam testa spiralis nobis
est, ubi paries testæ externus continuus circa
centrum vel axin ita volvitur, ut vertendo
spatium a centro vel ab axi antrosum propor-
tionate (vel lente, vel repente) dilatetur.

Antrosum, quod a centro vel axe versus la-
torem partem & aperturam s. in polythalamis
versus ultimum thalamum vergit.

Retrosum, quod a parte latiori versus angu-
stioiorem seu centrum sive primum thalamum ver-
git. E. g. *Isthmi* (in polythalamis) *antrosum*
convexi (s. *retrosum convexi*) sunt, qui latus con-
vexum versus partem testæ dilatatiorem (s. la-
tus concavum versus angustioiorem) vertunt. *Isthmi*
retrosum convexi (s. *antrosum concavi*), qui la-
tus convexus versus partem angustioiorem (s. la-
tus concavum versus latiore partem) vertunt.

a) Wir gebrauchen die Wörter: involutum (eingero-
llt) und convolutum (zusammengerollt) in ei-
ner etwas andern, und wenn wir nicht irreir,
deutlichen Bedeutung, als sie in Murray's Fun-
damentis testaceologie (linnean.) erklärt sind; so
nennen wir auch diejenige Schale schnirkelför-
mig gewunden, wo die äußere aus einem Stücke
bestehende Wand um den Mittelpunkt oder um
die Axe so gewunden ist, daß beym Umwälzen
der Raum vom Mittelpunkt oder von der Axe
aus vorwärts verhältnißmäßig entweder allmäh-
lig, oder schnell, sich erweitert.

Vorwärts heißen wir, was sich vom Mittel-
punkt oder der Axe aus gegen den weitem Theil
und die Öffnung, oder bey den vielkammerigen
gegen die letzte Kammer zu wendet.

Rückwärts ist, was vom weitem Theile ge-
gen den engern oder gegen den Mittelpunkt, oder
die erste (innerste) Kammer zu sich kehret. Z. B.
Die vorwärts gewölbten Scheidewände (bey den
vielkammerigen) oder rückwärts hohlen sind die-
jenigen, welche die gewölbte oder erhabene Seite
gegen den erweiterten Theil der Schale, oder die
kehle Seite gegen den engern Theil wenden. Die
rückwärts convexen oder gewölbten Scheide-
wände, oder vorwärts hohlen, sind, welche ih-
re concave Seite gegen den engern Theil über

b. ANFRACTUS sunt omnes contigui, extus mox læves, mox firiati, mox costati, vel punctati, punctis elevatis, aut excavatis, vel granulati, vel tuberculati, aut planati, aut torulosi^{b)} seu articulati, intus concamerati, sive in plura loculamenta seu thalamos divisi.

Antrosolum et retrosolum ergo non significat id, quod anticum et posticum, quibus vocibus Linnæus in descriptione Labri significatione specialiori utitur; pars antica enim labri ipsi est, quæ ad spiram vergit, et postica, quæ ad caudam,

b. Die WINDUNGEN sind alle anliegend, außen bald glatt, bald gestreift, bald geribbt, entweder punktirt mit erhabenen oder vertieften Punkten, oder gekörnt, oder höckerig, entweder niedergedrückt oder flach, oder rund erhaben^{b)}, oder gegliedert, inwendig gekammert oder in viele Fächer oder Kammern eingetheilet.

C 2

Schale, oder ihre hohle Seite gegen den weitem Theil hinkehren.

Vorwärts und rückwärts bedeutet demnach nicht das, was anticum und posticum, welcher Wörter sich Linné in Beschreibung der äußern Schalenlippe in besonderem Sinne bediente, anzeigen soll; denn pars antica, der vordere Theil der Lippe, heißt bey ihm derjenige, der sich nach der Spitze zu wendet, und postica, der hintere Theil, derjenige, der sich gegen den Schwanz, (die untere Verlängerung der Schale) hin neiget.

b) *Torosum, torulosum in sensu Linnæi idem est, ac tumidum, valde convexum. Articuli torosi, i. e. valde convexi, e. gr. Naut. (nobis Orthoceras) Raphanistrum, Raphanus, Granum, Radicula Linn.; hinc Anfractus torulosi; ii anfractus, qui inter genicula tumidiore sunt (Fundam. testaceol. in Schröteri Ephemerid. litter. hist. nat. germ. Für die Litteratur d. Naturg. 1782. Tom. I. p. 214. (Naut. Beccarii L.) sive anfractus valde convexo-articulati, id est, qui aliquot geniculis f. coarctationibus in aliquot convexos articulos distincti sunt. Non tortuosi (gekrümmt, gedreht), uti Dno. Schrötero (Einleit. Conch. Kennnt. T. I. p. 11. ad N. Becc.) visum et a D. Gmelino (Linn. syst. nat. ed. XIII. T. 6. p. 3370. Sp. 4.) repetitum est.*

b) *Torosum, torulosum ist im linneischen Sinn soviel als aufgeblasen, stark erhaben, hoch gewölbt; Articuli torosi sind also ziemlich rund erhabene oder gewölbte Glieder, z. B. Naut. (nobis Orthoceras) Raphanistrum, Raphanus, Granum, Radicula Linn. folglich anfractus torulosi erhabene gegliederte Windungen, anfractus, qui inter genicula tumidiore sunt (Fundam. testaceol. in Schröters Tagbuch. Für die Litteratur der Naturg. 1782, I. Bd. S. 214) d. i. die aus gleichen gewölbten Gliedern zusammengesetzte Windungen, oder die durch mehrere Einziehungen (Verengungen, genicula) in etliche gewölbte (rund erhabene, convexe) Glieder abgetheilt sind (z. B. Naut. Beccarii Linn. oder unser Hammonium Beccarium). Nicht etwa tortuosi, gekrümmte, gedrehte Windungen, wie es Herrn Schröter (in seiner Einleitung in die Conchylienkenntn. I. Bd. S. 11. bey N. Beccarii) geschrieben hat und von Hrn. Gmelin (Linn. Syst. N. edit. XIII. T. 6. p. 3370. Sp. 4.) wiederholet worden ist.*

6. THALAMI vel simplices s. uniloculares sunt (testa simpliciter concamerata), vel denuo in multos loculos transversim subdivinctis (testa duplicato-concamerata). Thalami etiam differunt numero, in extimo anfractu plurimarum specierum visuntur 12 — 14, quandoque 5 (N. costatus), 5 — 9 (N. Calcar), rarius 20, 24, 30, 48, (praesertim in Naut. duplicato-concameratis, (Naut. crispus, angulatus, craticulatus, frigidatus), 52 (N. aduncus). In paucis speciebus nulli thalami extrinsecus conspicui sunt (N. Mamilla, Orbiculus, Spengleri). Respectu curvatis thalamosum quoque magna est diversitas, quaedam enim species, praecipue duplicato-concameratae, thalamos habent valde arcuatos, quorum aliquot duas tertias ambitus occupant, aliae contra tam leviter curvatos, ut isthmi fere recti appareant. Denique latitudo eorum etiam variat, atque in duplicato-concameratis isthmorum transversalium parvorum s. secundariorum loculorum distantia. Propter magnum hoc evidens inter thalamos tam quoad structuram, quam numerum, intercedens discrimen, cum nimirum specimina obviant, quibus sunt thalami, ut ita dicamus, primarii, circa 50 — 52 denuo in loculos secundarios circiter 1000 (Naut. aduncus) isthmulis transversis, seu ambitui testae parallelis, rectis, non arcuatis, uti primarii, subdivisi, nobis genus hoc nostrum in duas familias, in simpli-

c. Die KAMMERN sind bald einfach, bald einfachgerig (einfachkammerige Schale) bald abermahl in viele kleinere Fächer in die Quere unterabgetheilt, (doppeltkammerige Schale). Die Kammern sind auch in der Anzahl unter sich verschieden, indem man in der äußersten Windung der mehresten Arten 12 — 14 sehen kann, manchmal 5 (N. costatus), 5 — 9. (N. Calcar) seltner 20 — 24, 30, 48, vorzüglich an den doppeltgekammernten (an N. crispus, angulatus, craticulatus, strigidatus), 52 am N. aduncus. Wenige Arten sind, wo außen gar keine Kammern sichtbar sind (N. Mamilla, Orbiculus, Spengleri). In Ansehung der Krümmung der Kammern herrscht ebenfalls eine große Verschiedenheit; indem einige Arten, besonders die doppelt kammerigen, stark gebogene Kammern haben, wovon einige zwey Drittheile des Umkreises ausmachen, andere hingegen so wenig gebogene, dass die Scheidewände fast gerade erscheinen. Endlich ist auch ihre Breite ungleich, und in den doppeltkammerigen die Entfernung der in die Quere stehenden Scheidewände der kleinen Fächer von einander, bald größer, bald kleiner. Wegen dieses auffallenden Unterschieds der Kammern sowohl in Ansehung des Baues, als der Anzahl, indem nehmlich Stücke vorkommen, die ungefähr 50 — 52 Hauptkammern, wenn man sie so nennen will, haben, die wiederum in beyläufig 1000 kleine oder, so zu sagen, Nebenkammern

citer nempe et duplicato - concameratas dissepimentibus vitio versurus erit facile nemo. Utrum vero hujus posterioris familiae species a hocce genere potius separandae inque proprium genus coerendae essent, porro an Siphone & hoc casu cujus structuræ, item quali orificio gaudeant, denique an incola hujusmodi testarum iis, qui testas aliarum specierum primæ familiae inhabitant, aliquo modo similis sit, vel si cum eo testæ structuram comparamus, forte ab iis diversam habeat formam (licet de incolis hic sermo non est, cum nonnisi domunculas eorum tractemus), propter specierum inopiam speciminumque magnam raritatem, atque prædictarum partium necessario præsumendam minutiem, adjudicare non possumus.

d. DISSEPIENTA, ISTHMI, PARIETES INTERGERINI, INTERSEPTA, quibus anfractuum spatium vacuum in plura loculamenta, thalamos, cameras, cellulas transversim, vel potius a centro radiatim proportionate an-

(*Naut. aduncus*) durch quer stehende oder mit dem Umkreis der Schale parallele gerade Scheidewände (nicht gebogene, wie die Hauptscheidewände) unterabgetheilt sind, haben wir dieses unser Geschlecht in zwey Familien, nemlich in solche mit einfachen Kammern, und in doppelt gekammerte, eingetheilt, welches uns wohl so leicht Niemand verdenken wird. Ob aber die Arten dieser letztern Familie von diesem Geschlecht lieber ganz abzusondern, und ein eigenes Geschlecht daraus zu errichten wäre; ferner ob sie einen Siphon, und wenn dies wäre, von welchem Bau, ingleichen was sie für eine Mündung haben; endlich ob der Bewohner dergleichen Schalen anen, die in den Schalen anderer Arten aus der erstern Familie wohnen, einigermaßen ähnlich sey, oder wenn man den Bau der Schale mit ihm zusammenhält, vielleicht eine von ihnen unterschiedene Gestalt habe, (obwohl von den Einwohnern hier die Rede nicht ist, da wir blos von ihren Gehäusen handeln), können wir aus Mangel genugsamere Arten und wegen grosser Seltenheit der Stücke, auch in Ansehung der nothwendig zu vermuthenden Kleinheit gedachter Theile, darüber keine Entscheidung fällen.

d. Die SCHEIDEWÄNDE, ZWISCHENWÄNDE, mittelst welcher der leere Raum der Windungen in mehrere Fächer, Kammern oder Zellen, der Quere nach, oder vielmehr vom Mittelpunkt aus strahlig vorwärts in der Weite verhältnissmässig

trorsum amplitudine crescentia dividitur, sicut fornicata seu convexo - concava, vel perfecte, vel quandoque subflexuosa.

Notatu dignum, omnes, quas habemus vidimusque hujus generis species microscopicas, dissepimentis antrorsum convexis præditas, neque quidem duplicato-cameratas exceptas esse, & non nisi Nautilus Pompilius omnium inter naturales congeneres magnitudine longe principem solum isthmis antrorsum concavis gaudere. Diximus inter *naturales*; inter fossiles enim dantur, licet rarius, Nautilitæ longe majoris molis, ut & minores, isthmis antrorsum concavis gaudentes, sed non inter microscopicos, si specimen a Dno. Abbate Soldani, cujus iconibus sæpius, sed non semper fides habenda, in tentamine suo oryctographico, italico idiomate edito *) tab. 2. fig. 18. A. rite representatum est, hoc ex omnibus ipsius iconibus, atque multis millibus nautilorum minorum, quos possidemus & vidimus, unicum existat, quod dissepimentis suis antrorsum concavis a ceteris speciebus microscopis dissepimenta antrorsum convexa habentibus excipitur. Annon ob magnam hancce interioris structuræ differentiam pro-

zunehmend getheilt wird, sind hohl gewölbt, oder auf einer Seite erhaben, auf der andern hohl, entweder vollkommen, oder manchmahl etwas hin und her gebogen oder gefhlängelt.

Anmerkungswerth ist es, daß alle mikroskopische Arten dieses Geschlechts, die wir besitzen und gesehen haben, mit vorwärts convexen Scheidewänden versehen sind, wozu auch nicht einmahl die doppelt kammerigen ausgenommen werden, und nur der Nautilus Pompilius, der unter allen natürlichen Geschlechtesverwandten bey weitem der größte ist, allein vorwärts concave Scheidewände hat. Wir sagen: unter den natürlichen, denn unter den fossilen gibt es auch bekanntlich, aber feltner, Nautiliten, die noch weit größer sind, auch kleinere, die zum Theil vorwärts concave Scheidewände haben; aber nicht unter den mikroskopischen. Wenn von dem Stücke, welches Herr Abt Soldani, auf dessen Abbildungen man sich öfters, obwohl nicht allezeit, verlassen kann, in seinem in italiänischer Sprache herausgegebenen oryctographischen Versuche von Toscana *) auf der zweyten Platte Fig 18. A. hat vorstellen lassen, die Abbildung getreu ist, so ist solches aus allen seinen Abbildungen, und so vielen tausend kleinen Schifferchen, die wir be-

c) Saggio oritografico ovvero osservazioni sopra le terre nautilitiche ed ammonitiche della Toscana dal Padre D. Ambrogio Soldani, Abate Camaldolese. In Siena 1780. 4to. con 25 tavole.

c) Saggio crittografico ovvero osservazioni sopra le terre nautilitiche ed ammonitiche della Toscana dal Padre D. Ambrogio Soldani Abate Camaldolese in Siena 1780. 4to. con 25 tavole.

prium ex iis condendi genus nobis fas fuisse, saniori Conchyliologiæ magis peritorum judicio relinquendum censemus.

Nos partim errandi metu, partim etiam, quia hoc modo omnes species microscopice ad novum genus pertinerent, & Nautilus Pompilius generis sui unicam speciem constitueret, (licet hoc ordini systematico non absolum, neque plane inconsuetum esset, cum in tota natura, præsertim in regno vegetabili, quantum adhucdum novimus, aliquot dentur genera, quorum singula in unicantam consistunt specie) ejusmodi mutationem facere non ausi sumus.

e. Hæc Dissipimenta, uti ex quibusdam speciebus apparet, vel in medio sive centro, vel ad latus pertusa sunt, & quidem ad latus exterius sive ad dorsum testæ, quatenus hucusque novimus, (cum contra in variis Hammoniorum speciebus etiam ad latus interius s. centro testæ propius Siphon inveniantur). Foramen in quibusdam speciebus aut orbiculare, aut ovale, vel integrum, vel crenatum, Siphon

fitzen und gesehen haben, das einzige Exemplar, das durch seine vorwärts hohen Scheidewände von den übrigen mikroskopischen mit vorwärts convexen Scheidewänden versehenen Arten eine Ausnahme macht. Ob wir nicht wegen dieses großen Unterschieds in dem innern Bau aus dergleichen ein eigenes Geschlecht hätten machen können, wollen wir der weiseren Beurtheilung größerer Konchylienkenner anheim stellen.

Theils aus Furcht zu irren, theils auch deswegen, weil auf solche Weise alle mikroskopische Arten zum neuen Geschlecht gehören, und der Nautilus Pompilius allein eine einzelne Art seines Geschlechts ausmachen würde (obgleich dieses einer systematischen Verfahrensart nicht zuwider, noch auch ganz ungewöhnlich wäre, da es in der ganzen Natur, besonders im Pflanzenreiche, soviel davon zur Zeit bekannt ist, etliche Geschlechter gibt, deren jedes nur aus einer einzigen Art besteht) haben wir eine solche Veränderung zu machen nicht gewaget.

e. Diese Scheidewände sind, wie aus einigen Arten erhellet, entweder in der Mitte, oder an einer Seite durchbohrt, und zwar, soviel wir bisher kennen, an der äußern Seite am Rücken der Schale. Da es hingegen verschiedene Arten von Ammonshörnern (Hammonium) gibt, wo das Loch und der Siphon an der innern dem Mittelpunkt der Schale nähern Seite sich befindet. Dieses Loch, das an einigen

ni pro apertura est, in aliis, uti saltem nobis persuasum habemus, Testæ pro orificio. Ista apertura quandoque (in Nautilo Pomp.) producta est in tubulum testaceum vel cylindricum, vel subinfundibuliformem, vel moniliformem seu nodosum, nodulis longitudinaliter ovalibus. Ejusmodi tubulus, quem tubulus cutaceus tenuis (a quibusdam nervus, item cauda animalis dictus), transcurrit, Siphonem audit, qui vel continuus est, vel interruptus, hoc est, quasi ex pluribus Siphunculis sive singulis cujusvis isilmi tubulis mox distantibus, mox contiguis, tubulo cutaceo, totam testam permeante, inter se connexis, compositus.

Equidem fatendum, ex voto nobis nondum successisse, ut in exemplaribus microscopicis diversimode dissectis, ne quidem in Nautilo Calcari, cujus Diameter tamen ad tres ascendit lineas, Siphonem proprie talem, tubulum scilicet testaceum, plus minusve elongatum, licet adhibitis bonæ notæ microscopiis, detegere poterimus, qualem Gualtierus in Nautilo crispo & Naut. (nobis Hammonio) Beccarii sese vidisse prætendat, in cujus fidem alii scriptores hanc

Arten entweder kreisrund, oder oval, entweder ganz, oder gekerbt ist, dienet der Saugröhre zur Öffnung, bey andern, wie wir wenigstens uns bereden, vertritt es die Stelle der Schalenmündung. Diese Öffnung ist mannmahl (beym Naut. Pomp.) in eine schalige Röhre verlängert, die bald walzenförmig, bald einigermassen trichterförmig, bald schnurförmig oder knotig, nach der Länge mit ovalen Knoten oder Gliedern versehen ist. Ein solches Röhrchen, durch welches ein häutiges zartes Röhrchen (von einigen der Nerve, auch der Schwanz des Thiers genannt), durchläuft, heist Siphon, Saugröhre, die entweder aus einem Stücke besteht, oder abgesetzt, das ist, gleichsam aus mehrern kleinen Röhrchen zusammen gesetzt ist, davon eine jede Scheidewand ihr eigenes hat, die bald absehen, bald an einander stoßen, und mittelst des häutigen die ganze Schale durchlaufenden Röhrchens unter sich zusammen hängen.

Es hat uns zwar, wie wir gesehen müssen, nach unserm Wunsche noch nicht gelingen wollen, ob wir uns gleich sehr guter Vergrößerungsgläser bedienen, daß wir in mikroskopischen nach verschiedener Richtung durchschnittenen Exemplaren, nicht einmahl beym Spornschiffer N. Calc., dessen Durchmesser doch auf 3 Lin. hinan steigt, einen eigentlichen Siphon, nemlich eine schalige mehr oder weniger verlängerte Röhre haben entdecken können, so wie Gualtieri im Naut. crispo und Beccarii,

visionem repetierunt. Ratio, cur hic tubulus oculis evadit, sine dubio in hoc quaerenda est, aut quod per totam testam non nisi cutaceus sit, ideoque cum in tam exili testa etiam subtilissimus esse debeat, una cum incola mucilaginoso brevi tempore extra aquam marinam mortuo statim exsiccat & dispereat; aut quod, si forte testaceus est, ob exilitatem suam inter laborem, quo testa ad dimidiam partem cote atteritur, facillime perdat, quod unico ductu fieri potest, vel si nimis parum adfricatur, ubi terra & limo occultatur. Non nisi foraminula dissepimentorum interdum marginata in quibusdam speciebus, non in omnibus, visui sese obtulerunt nostro. Hunc tubulum in pluribus, forsitan in omnibus minutis, non testaceum, sed mere cutaceum five nervosum esse, vero simillimum est.

f. Ad ORIFICIUM, seu domiportam, ut aliis nomen placuit ^{d)}, quod attinet, observanda praeter ceteris adhuc veniunt haec: Eam testae partem, quae in latere anteriore ultimum thalamum

einen gesehen zu haben vorgegeben hat, auf dessen Treue und Glauben andere Schriftsteller dieses eingebilddete Daseyn nachgesagt haben Die Ursache, warum dieses Röhrchen so wenig sichtbar wird, mag ohne Zweifel darin liegen, das es entweder durch die ganze Schale hindurch bloß häutig ist, und deswegen, weil in einer so kleinen zarten Schale es auch äußerst fein seyn muß, es zugleich mit dem schleimigen in kurzer Zeit aufer dem Meerwasser sterbenden Einwohner gleich vertrocknet und vergehet, oder das es, wenn es etwa hartschalig ist, wegen seiner Feinheit, während der Arbeit, wenn man die Schale bis zur Hälfte anschleift, sehr leicht verdorben wird, welches auf einen einzigen Zug geschehen kann, oder auch, wenn sie zu wenig angeschliffen wird, wo es in der Erde und Schlamm versteckt bleibt. Bloß die kleinen Löcher in den Scheidewänden, mit einem Rande manchmahl eingefasset, haben wir in einigen Arten, nicht in allen, erblicken können. Am wahrscheinlichsten kommt uns vor, das dieses Röhrchen in den meisten, wo nicht in allen mikroskopischen Arten, nicht hartschalig, sondern bloß häutig, oder nervig sey.

g. In Ansehung der MÜNDUNG oder der Hausthüre, wie einigen dieser Nahme beliebt hat ^{d)}, kommt vor andern noch folgendes zu bemerken. Demjenigen Theil der Schale, welcher bey allen Arten

^{d)} Klein Method. ostracolog. pag. 2. §. 5. not. (a).

^{d)} Klein Meth. ostracolog. p. 2. §. 5. Not. (a).

extremi anfractus in omnibus speciebus occludit, (excepto *N. Pompilio*, cui ultimus thalamus antrosum apertus est), & dissepimentis parallelam, vel si mavis, ultimum parietem transversalem, nominamus *Planum orale* seu *finale*, quia in ejus centro, vel angulis, vel ad alterum latus orificium situm est, quod posterius non confundendum cum illo plano orali, uti quandoque ab aliis, ipsoque Linnæo in quibusdam speciebus, ex. gr. in *N. crispo* &c. ex minus attenta inspectione factum est. Orificium *Nautili* nunquam est totum *Planum* claudens ultimum articulum s. thalamum, sed tantummodo pars ejus aliquanta variæ formæ. Illud ita dictum *Planum* autem nunquam perfecte planatum, sed vel antrosum subconvexum, vel subcarinato - elevatum (*Nautili Calcaris* var. *rostrata*), mox plus minusve obtuse sublunatum, mox acute sublunatum, mox subcordatum,

Orificium vero ipsum vel simplex, & quidem hoc vel cordatum est, uti in *Naut. Pompilio*, ubi tota apertura ultimi thalami pro ore, vel lanceolatum (*Naut. repandus*), vel lineare c) parabolice arcuatum & simplex (*N. Pompilioi*.

an der vordern Seite die letzte Kammer der äußersten Windung verschließt (den *Naut. Pompilius* ausgenommen, dessen letzte Kammer vorwärts offen steht), und mit den Scheidewänden parallel ist, oder, wenn man lieber will, die letzte Querwand, nennen wir die Mündungs- oder Endfläche, weil in dessen Mittelpunkt, oder Winkeln, oder Seite, die Mündung sich befindet, welche mit gedachter Mündungsfläche keineswegs vermengt werden darf, wie es manchmahl von einigen, ja von Linné selbst, bey einigen Arten, z. B. bey *Naut. crispus* etc. aus zu wenig sorgfältiger Beobachtung geschehen ist. Die Mündung des Schiffers ist niemahls die ganze Fläche, die das letzte Glied oder Kammer verschließt, sondern nur ein gewisser Theil derselben Fläche von verschiedener Gestalt. Gedachte so genannte Fläche ist aber niemahls völlig flach, sondern entweder vorwärts etwas convex, oder etwas kielförmig erhaben (*N. calc. var. rostrata*), bald mehr oder weniger stumpf mondformig, bald zugespitzt mondformig.

Die Mündung aber selbst ist entweder einfach, und solchenfalls bald herzformig, wie bey *N. Pomp.*, wo die ganze Öffnung der letzten Kammer statt der Mündung gilt, bald lanzenförmig (*N. repandus*), oder strichförmig (gleich breit) e) pa-

c) *Lineare*, id quod parallelum seu latitudine æquali; sic Linnæus, (Philos. botan.), Gieseke (Termin. bot. Lian.), Jacquin (Pflanzenkenntnis)

e) *Lineare* ist nach Linné so viel als von gleicher Breite, parallel. In diesem Verstande nimmt er dies Wort (Philos. botan.), auch Gieseke (Termin.

des, aërizans, frigidatus &c., vel compositum ex pluribus foraminulis s. punctis pertusis, aut aggregatis (N. costatus), aut distantibus (N. ambiguus), mox in plano orali ad latus interius transverse seriatim dispositis (N. crispus, Fabia), vel per totam longitudinem plani oralis serie simplici ordinatis (N. planatus), mox per aliquam partem dorsi dispersis (N. angulatus, aduncus), porro vel in fronte plani oralis, vel laterale seu in alterutro testæ latere, inde aut dextrorsum, aut sinistrorsum, & quidem modo in eadem specie solummodo dextrorsum (Nautili plurimi), modo solum sinistrorsum (Nautilus repandus), mox a dextro, mox a sinistro latere (Nautilus Spengleri &c.) f). Denique orificium est vel obtusum, vel truncatum, vel pro-

rabolisch gebogen, und einfach (N. Pompilioides, aërizans, frigidatus etc.) oder zusammen gesetzt aus mehrern entweder zusammen gehäuften (N. costatus), oder entfernten (N. ambiguus) durchbohrten Punkten oder kleinen Löchern, bald auf der Mündungsfläche an der innern Seite nach der Quere gereiht (N. crispus), oder über die ganze Länge der Mündungsfläche in einer einfachen Reihe geordnet (Naut. planatus), bald über einen Theil des Rückens vertheilet (N. angulatus, aduncus); ferner entweder vorn auf der Mündungsfläche, oder seitwärts nemlich auf einer von beyden Seiten der Schale, daher entweder rechts oder links, und zwar bald in einer und eben derselben Art bloß rechts (die meisten), bald bloß links (N. repand.), oder in eben der Art

aliquæ, qui cum terminologia Linnaeana familiaris sunt eamque applicant, ista voce utuntur eamque germanice *strichförmig*, *gleichbreit* vertunt, et hos sequimur. Ad evitandam omnem sinistram interpretationem et in quorundam lectorum gratiam hinc annotari necessum duximus, quoniam observavimus, a quibusdam alias eruditis Viris praedictum terminum in alio significato sumtum et mox per gerade, mox per *ununterbrochen* sive in *einem* fortgehend germanice redditum esse, cum tamen secundum Linnaeum prius idem ac *rectum* s. *strictum*, et posterius *continuum* s. *non interruptum*, nunquam *lineare* significet. Hocce *lineare* vero modo *rectum*, modo *diversimode arcuatum*, et mox *latius*, mox *angustius* esse potest.

f) Ex modo dictis facile colligi potest id, quod in testis, quorum latera in hoc genere plurimum sunt ejusdem formae, sub *Asfractibus dextrorsis* et *sinistrorsis* intelligamus, item quod la-

bot. Linn.), Jacquin (Pflanzenkenntnis) und andere, die mit der Linneischen Terminologie verfahren sind und sie anwenden, gehen es auch im Deutschen durch *Strichförmig* oder *gleichbreit*, und diesen folgen wir. Zu Vermeidung aller Zweideutigkeit und einigen Lesern zu Gefallen haben wir dieses hier zu bemerken für nöthig befunden, weil wir beobachtet haben, daß von ein und andern übrigen gelehrten Männern vorgedachtes Kunstwort in einem andern Verstande genommen und bald durch *gerade*, oder durch *ununterbrochen*, in einem fortgehend, verdeckt worden ist, da doch nach Linné das erstere soviel als das lateinische *rectum* oder *strictum*, oder das letztere *continuum*, non *interruptum*; aber niemals *lineare* bedeutet. Dieses *Strichförmige*, *Gleichbreite*, kann indeß bald *gerade*, bald auf verschiedene Art gekrümmt, auch manckmal *breit*; manckmal *schmal* seyn.

ductum sive prominens. Etsi orificium testae cum Siphone neutiquam confundendum est, tamen maxime verosimile nobis videtur, in quibusdam speciebus, in quibus nullum orificium particulare detegere potuimus, istud foramen, quod in infimis prioribus s. interioribus orificium

bald auf der rechten, bald auf der linken Seite (N. Spengleri etc.) ¹⁾. Endlich ist die Mündung entweder stumpf, oder abgestutzt, oder vorstehend. Obgleich die Mündung der Schale mit der Saugröhre keimerwegs zu vermengen ist, so kommt es uns doch sehr wahrscheinlich vor, dass

tus nobis sit *superius*, quod *inferius*. Si testam nimirum ita consideramus, ut axem pro columella, uti in reliquis spiralibus, assumamus, istud latus, in quo orificium conspicitur, *inferius* nominamus, latus vero oppositum, quod orificio caret, *superius* vocamus. Propterea *anfractus dextrorsi* s. *dextrorsum ducti* nobis sunt, si in latere orali deorsum verso orificium ejus faux (cavitas) inspicere liceat (sive versus sinistram vertatur).

Anfractus sinistri, *sinistrorsi*, *contrarii*, *perverfi*, *sinistrorsum ducti*, sunt, si orificium testae latus orale deorsum vertentis adspicienti ad *sinistram* est eo modo, ut faux ejus videri queat (sive versus dextram vergat). Per consequens testa utrinque aequali latere, orificioque in fronte areae s. plani oralis gaudens, neque dextra, neque sinistra esse potest.

Anfractuum dextrorum et sinistrorum definitio (Fundam. testac. supra cit. germ. p. 212) a Linnaei praedecessoribus procreata, ab ipso mutata, et a successibus recitata, indistincta nobis non satisfacit.

1) Aus oben angeführten kann leicht abgenommen werden, was wir bey den Schalen, die in diesem Geschlecht meisten Theils gleiche Seiten haben, unter rechts laufenden und links laufende Windungen verstehen, ingleichen was bey uns die obere und die untere Seite heisse. Wenn man nemlich die Schale so betrachtet, dass man die Axe für die Spindel, wie in den übrigen spiralgewundenen, annimmt, so nennen wir diejenige Seite, an welcher die Mündung sich befindet, die untere Seite, die dieser entgegen gesetzte aber, woran keine Mündung zu sehen ist, die obere Seite. Daber heißen wir die Windungen alsdann rechtslaufende, wenn an der unterswärts gerichteten Mündungsseite die Mündung dem Ansehener zur Rechten so erscheint, dass man den Schlund (die Höhlung) sehen kann, (oder dass dieser sich gegen die Linke kehret).

Linke, linkslaufende, verkehrte Windungen sind, wenn die Mündung unter voriger Beschaffenheit der Schale zur Linken erscheint, so, dass der Schlund gesehen werden kann (oder dass er sich gegen die Rechte wendet.) Hieraus folgt, dass eine Schale, deren beyde Seiten einander gleich sind, und die Mündung vorn auf der Mündungsfläche sich befindet, weder rechts, noch links genannt werden kann.

Die Erklärung der rechten und linken Windungen (Fundam. testac. oben angef. deutsch S. 212.) von Linné's Vorgängern aufgebracht, von ihm entlehnet, und von einigen seiner Nachfolger wieder aufgesetzt, ist unendlich und hat uns deswegen nicht Genüge geleistet.

Siphonis est, in iflimo ultimo f. pariete ultimum thalamum occludente, quod planum orale diximus, obvium simul orificii totius testæ vices gerere.

g. COLOR plurimorum Speciminum, & credimus omnium, naturalis est albus, & quidem opacorum niveus, pellucidorum hyalinus, in multis glaberrimis splendore exaltatus, in quibusdam flavescens, vel griseus, sine dubio ab inhærente limo marino, in aliis, præsertim fossilibus, ochraceus a terra ferruginea, in qua sepulta erant, & qua adhuc partim farcta sunt.

Verficoloria a Ledermüllero g) iconibus coloratis repræsentata & descripta, dein a Martinio repetita b) non vidimus, forsitan iste color varius ex fallacia optices vitrorum usu & humectatione, uti multis jam contigit, irreptus.

h. PATRIA seu loca, ubi specimina nostra inventa sunt, & quidem eorum,

in einigen Arten, woran wir keine besondere Schalenmündung entdecken konnten, jenes Loch, das in den erstern oder innern Scheidewänden die Mündung der Säugröhre ist, in der letzten Scheidewand, oder in der Wand, die die ganze letzte Kammer verschließt, welche wir die Mündungsfläche genannt haben, zugleich die Schalenmündung vertrete.

g. Die FARBE der meisten Stücke, und wir glauben aller, ist ihrer Natur nach weiß, und zwar, der undurchsichtigen schneeweiß, der durchsichtigen wasserhell, an vielen sehr glatten glänzend erhöht, an einigen gelblich, oder graulich, ohne Zweifel von dem anhängenden Meerschlamme, an andern, besonders fossilen, ochergelb und bräunlich von der eisenhaltigen Erde, in welcher sie vergraben waren, und womit sie noch zum Theil angefüllt sind.

Die vielfärbig spielenden von Ledermüller g) in illuminirten Kupfern vorgestellten und beschriebenen, nachher von Martini wiederhohlenen Stücke h) haben wir nicht gesehen, und ihr Farbenspiel hat vielleicht seinen Ursprung einem optischen Betrug, der bey dem Gebrauch der Gläser und deren Befeuchtung manchem schon widerfahren ist, zu verdanken.

h. Das VATERLAND oder die Gegenden, wo unsere Exemplare ge-

g) Mikroskopische Gemüths- und Augenergötzungen. Tab. 8.

b) Systemat. Conchyl. Cabinet. Tom. I, Tab. 19.

g) Mikroskopische Gemüths- und Augenergötzungen. Tab. 8.

h) Systemat. Conchyl. Cabinet. I. Bd. Taf. 19.

qui fiatu suo naturali adhuc gaudent, potissimum sunt littora maris adriatici, mediterranei, hispanici, mauritani, sinus arabici &c.; parvæ copiæ fossilium autem Austriæ inferioris varii tractus, sic etiam Hungariæ, Transilvaniæ, Italiæ, præsertim prope Senam in Hetruria, Helvetiæ &c.

i. MENSURA maximopere differt; inter naturalia enim, præter Naut. Pompilium, quædam dantur tantillæ molis, ut punctum acus ictu factum oculis nudis vix palpabile non excedant, a qua magnitudine usque ad tres lineas in diametro ascendunt; fossilium vero differentia est inter unam tertiam lineæ atque $3\frac{1}{2}$ lin. diametri.

gefunden worden sind, und zwar derjenigen, die sich in ihrem natürlichen Zustande befinden, sind vorzüglich die Küsten des adriatischen, mittelländischen, spanischen, mauritanischen Meeres, des arabischen Meerbusens, etc.; einer kleinen Anzahl fossiler aber verschiedene Gegenden von Unterösterreich, Ungarn, Siebenbürgen, Italien, vorzüglich bey Siena in Toscana, in der Schweiz etc.

i. Die GRÖSSE ist sehr verschieden, unter den natürlichen gibt es, aufser dem Naut. Pompil. einige so äusserst kleine, daß sie einen mit der Spitze einer Nadel gemachten, mit bloßem Auge kaum sichtbaren Punkt nicht überschreiten, von welcher Grösse sie bis auf drey Linien im Durchmesser hinaufsteigen; der fossilen Unterschied aber ist zwischen einem Drittel einer Linie und $3\frac{1}{2}$ Linie im Durchmesser.

 NAUTILUS POMPILIOIDES.

DER KLEINE DICKE SCHIFFER.

Nautilus Melo Soldani.

T A B. 2. Fig. a. b. c.

Soldani Saggio orittogr. pag. 100. tab. 2. fig. 16. nr. TT. VV. XX.

 ——— Testaceogr. T. I. P. I. p. 59. tab. 46. fig. qq. ?

TESTA spiralis involuta, subrotundata, parte antica productiore, lævis, crassa, dorso obtuso (Nautilo Pompilio Linnæi, ab aliis N. magno crasso dicto similis, inde supradictum nomen nostro datum), utrinque umbilico profundo; *isthmus* in extimo anfractu plurimum decem, licet extus apparenter rectis, non antrorsum concavis, uti in N. Pompilio, sed antrorsum convexis, sicut in omnibus speciebus sequentibus, colore cærulefcente per testam albam transparentibus; *articulis* f. thalamicis fere planatis; *plano orali* semilunari; *orificio* proxime ad latus interius lineari angusto, secundum ductum angustioris partis dimidiæ peripheriæ figuræ ovalis arcuato & marginato. Hac structura orificii & isthmorum satis distinguitur a N. Pompilio, ideoque hujus pullus esse non potest, uti forsitan propter formam exter-

Die *SCHALE* ist schirnkelförmig in sich selbst gewunden und, den verlängerten Theil, wo die Mündung ist, ausgenommen, beynahe rund und glänzend glatt, dick, mit einem stumpfen Rücken. Überhaupt hat dieser kleine Nautilus mit jenem grossen, den Linné Pompilius, andere den grossen dicken Nautilus nennen, dem äussern Bau nach viele Ähnlichkeit, und erhielt daher auch oben angeführten Nahmen. In der Mitte befindet sich auf beyden Seiten ein offener tiefer Nabel. Die Scheidewände, deren an der äussersten Windung gewöhnlich zehn sind und von aussen betrachtet gerade zu seyn scheinen, sind, wie man aus angegeschliffenen Stücken sehen kann, nicht wie bey dem Naut. Pompilius Linn. vorwärts concav, sondern vorwärts convex, wie es bey allen folgenden Arten dieses Geschlechts der Fall ist, und scheinen bläulich durch die

nam credere possent nonnulli. Propterea, quod D. Soldani in allegato loco Testaceographiæ Speciminis sui testam totam foraminulis minimis frequentissimis obtinere esse dixit, talemque icone repræsentavit, nos vero ista foraminula in nostris exemplaribus non observavimus, dubii hæremus, an ejus specimina cum nostris ejusdem speciei sint, nec ne.

COLOR naturalium albus, fossilium cinereus.

PATRIA naturalium Concretiones zoophyticæ maris mediterranei, fossilium Coroncina in Toscana.

MENSURA $\frac{1}{2}$ lineæ in diametro.

Schale durch. Die durch die Scheidewände gebildeten Glieder oder Kammern sind kaum bemerkbar erhaben, und eher ganz flach zu nennen. Die Mündungsfläche ist halbmondförmig; die Mündung ist eine schmale strichförmige nach dem Zug des schmalen Theils des halben Umrisses eines Ovals gekrümmte und mit einem Saume versehene Spalte, welche hart an der nächsten innern Windung anliegt. Durch diesen Bau der Mündung und der Scheidewände unterscheidet er sich auch hinlänglich vom Nautilus Pompilius, und kann daher keine junge Brut desselben seyn, wofür ihm manche seiner äußeren Form wegen halten könnten. Da Hr. Soldani in seiner Testaceographie von dem oben angeführten Stück ausdrücklich sagte, es sey über die ganze Schale mit sehr kleinen Grübchen versehen, sie auch in der Abbildung andeutete, wir aber dergleichen an unsern mehrfachen Exemplaren nicht bemerken konnten, so macht uns dieser Umstand zweifelhaft, ob seine und unsere Stücke von einerley Art seyn und seine Abbildung hierher gehöre oder nicht.

FARBE der natürlichen weiß, der fossilen aschgrau.

VATERLAND der natürlichen die Zoophyten-Concretionen des mittelländischen Meeres, der fossilen Coroncina in Toscana.

GRÖSSE, der fünfte Theil einer Linie im Durchmesser.

NAUTILUS VORTEX.

WIRBELSCHIFFER.

T A B. 2. Fig. d. — i.

Soldani *Saggio Orisogr.* p. 99. tab. 1. fig. 12 ?— — — *Teflaceogr.* T. I. P. I. p. 66. tab. 59. fig. 11 ?

TESTA spiralis involuta, suborbicularis, incrassata, glabra, utrinque æqualiter obtuso-conice elevata, medio lenissime eminentiore s. umbilico parvo vix percipibiliter prominente, dorso obtuse carinato; *isthmis* antrorsum convexis, colore cærulescente per testam transparentibus, angustis, spiraliter valde arcuatis, fere semicircularibus, *articulis* s. *thalamis* planatis, extus nonnisi lineis istis cærulescentibus inter se distinctis, in extimo *anfractu*, quorum circiter quatuor sunt (fig. i.), versus ambitum apparenter bifidis. An hæc divisio forte *isthmo* brevior, quatenus ejus longitudo se extendit, fissula sit, propter exilitatem testulæ non dijudicari, solummodo præsumi potest, præsertim quia inter terendum super cote nihil de illa observari licet. Ut clarius appareat, quomodo in hoc genere *anfractus* interiores ab exterioribus obtegantur, ex hujus speciei exemplar verticaliter apertum fig. h., ubi thalami

Die SCHALE ist schirkelförmig, in sich selbst gewunden, beynahe ganz zirkelrund und glänzend glatt, auf beyden Seiten gleich stark und stumpf kegelförmig erhaben, in der Mitte ist eine sehr sanfte, nur mit einem sehr scharfen Vergrößerungsglase bemerkbare Erhabenheit, die einen kleinen schwach erhabenen Nabel bildet; der Rücken ist stumpf gekiekt; die Scheidewände sind vorwärts gewölbt, welche etwas bläulich durch die Schale scheinen, enge, spiralartig, stark beynahe in einen halben Zirkel gekrümmt; die Glieder oder Kammern sind flach und bloß durch eben gedachte bläuliche Linien aussen zu unterscheiden; in der äußersten der 3 — 4 Windungen (fig. i) scheinen sie gegen den Umfang zu in zwey Theile getheilt zu seyn. Ob diese Theilung etwa, soweit sich ihre Länge erstreckt, eine durch die dünne Schale durchscheinende kürzere Zwischenwand zur Unterlage habe, läßt sich wegen der Kleinheit der Stücke nicht

lic tubulis depressis similes, utroque latere 17 — 18 conspicui sunt. Fig. g. testam monstrat, extimo pariete solummodo orbatam, isthmosque simul novem; ex hoc numero comparato cum præfatis tubulis 18 duplo numerosioribus verosimiliter concludi potest, quemlibet thalamum isthmo intercalari brevioris versus peripheriam in duos semithalamos divisum esse; *planuræ orale* angustius acute bifurcatum, in cujus medio *orificium* parvum subtriangulare angulis obtusis.

COLOR albidus, nitore margaritaceo.

PATRIA Coroncina ad Senam in Hetruria.

MENSURA $\frac{2}{3}$ lin. diam.

Nota. Structura singulari hæc species admodum appropinquatur in Lithologia sic dictis Helicitis (nostro N. Mammillæ &

wohl entscheiden, sondern nur vermuthen, zumahl da man bey dem Aufschleifen nichts davon wahrnimmt. Um deutlicher zu erkennen, wie die äußern Windungen jederzeit die innern bey diesem Geschlechte decken, liefern wir hier bey fig. h. ein vertical aufgeschliffenes Stück dieser Art, wo die durch das Aufschleifen geöffneten, hier gedrückten Röhrchen gleichenden auf jeder Seite 17 — 18 Kammern zu bemerken sind. Die Figur g. zeigt ein Stück, das bloß von seiner äußersten Schalenwand entblisset ist, und zugleich neun Scheidewände. Wenn man diese Anzahl mit den vorgedachten 18 platten Röhrchen, die doppelt zahlreicher sind, zusammen hält, so kann man wahrscheinlicher Weise den Schluss machen, daß eine jede Kammer durch eine kürzere Zwischenwand gegen den Umfang zu in zwey Halbkammern abgetheilet sey. Die Mündungsfläche ist ziemlich schmal und zugespitzt, zweygablich, in ihrer Mitte befindet sich die kleine Mündung, die ziemlich die Gestalt eines Dreyeckes mit zugerundeten Winkeln hat.

FARBE, der Grund ist bläulich weiß, mit einer Art von Perlmutterglanze.

VATERLAND, Coroncina in Toskana.

GRÖSSE, der dritte Theil einer Linie im Durchmesser.

Anmerk. Der besondere Bau nähert diese Art in vielen denen von den Lithologen sogenannten Heliciten (unserm Nau-

lenticulari) ita, ut hanc pro eorum pro-
typo habere possent nonnulli. At si quis
eam accuratius inspiciet, & praesertim
sectionem diametralem fig. i cum Nau-
tilo Mammilla tab. 6. fig. c. & lenticulari
ead. tab. fig. g. item tab. 7. fig. e. bene
comparabit, moxaliter sentiet.

tilus Mammilla und lenticularis), so daß sie
vielleicht manche für das Urbild derselben
halten würden; wenn man aber den Durch-
schnitt hier bey fig. i. betrachtet, und ihn
mit jenen des Naut. Mammilla Taf. 6. fig.
c. und N. lenticul. ebend. Taf. fig. g. in-
gl. Tafel 7. fig. c. zusammenhält, so wird
man sich sogleich vom Gegentheil über-
führen.

NAUTILUS REPANDUS.

DER AUSGESCHWEIFTE SCHIFFER.

T A B. 3. Fig. a. b. c. d.

TESTA spiralis involuta, subovalis
repanda, laevis, utrinque valde conve-
xa; dorso subacuto, margine tenui angu-
sto, tamen obtuso, subflexuoso; anfrac-
tibus sinistrorsis, thalamis s. articulis
subelevatis; dissipationis antrorsum con-
vexis, octo in extimo anfractu conspi-
cuis; plano orali triangulari curvilineo
subinaequilatero, non totam crassitudinem
testae, uti in plurimis congeneribus, oc-
cupante, sed existente in latere inferiore
ad sinistram a centro ad peripheriam sese
extendente; orificio ad hujus latus inte-
rius subcurvato - lanceolato a centro ad

Die **SCHALE** ist schnirkelförmig in sich
selbst gewunden, ein wenig oval ausge-
schweift, glatt und auf beyden Seiten
stark gewölbt. Der Rücken ist etwas scharf,
mit einem dünnen, schmalen, doch stumpfen
Rande versehen, und etwas hin und
her gebogen. Die Windungen laufen links,
die Glieder, oder Kammern sind etwas
erhoben, die Scheidewände vorwärts ge-
wölbt, wovon man acht an der äußersten
Windung zählen kann; die Mündungs-
fläche bildet ein krummliniges, etwas
ungleichseitiges Dreyeck, und nimmt nicht,
wie bey den übrigen Arten dieses Ge-

peripheriam acuminato, minutissime marginato, foraminulo rotundo minuto non nisi optime armatis oculis perceptibili, in angulo exteriori aperturæ opposito. Utrum hoc foramen mere accidentale, an apertura siphunculi sit, vel ob maximam pusillitatem, vel quia in unico solum specimine nobis obvio hoc observari licet, certo asserere non possumus. Cum hoc specimen a D. Abbate Soldani una cum multis aliis ad nos missum sit, nos nullam hujus iconem in operibus suis invenire posse valde admiramur. Nisi istud in Testaceographiæ T. I. P. I. tab. 36. lit. X. icone datum exemplar in latere superiore pluribus uno gauderet anfractibus, propter unicum anfractum, quem in inferiore latere habet, huc referri omni jure posset.

COLOR ex flavescente albidus.

PATRIA Concretiones zoophyticæ maris mediterranei.

MENSURA $\frac{1}{2}$ lin. diam.

schlechtes, die ganze Dicke des Stückes ein, sondern befindet sich an der untern Seite linker Hand und reicht vom Mittelpuncte bis an den Umfang der Schale. Die Mündung selbst liegt an der innern Seite der Mündungsfläche, ist etwas krumm lanzettförmig, vom Mittelpunct gegen den Unkreis zugespitzt und sehr fein gerandet. Der Mündung gegen über im äussern Winkel der Mündungsfläche befindet sich ein sehr kleines, nur dem schärfest bewaffneten Auge sichtbares rundes Loch; ob dieses Zufall, oder die Öffnung der Nervenröhre ist, kann theils wegen der äussersten Kleinheit, theils auch weil wir es zur Zeit noch nur an dem einzigen vor uns liegenden Stücke beobachten können, nicht mit Gewissheit bestimmt werden. Da wir dieses nebst vielen andern Stückchen vom Hrn. Abt Soldani erhielten, so befremdet es uns desto mehr davon in seinen Werken keine Abbildung finden zu können. Hätte das in seiner Testaceographie Bd. I. Th. I. Tafel 36. lit. X. abgebildete Stück nicht auf der obern Seite mehrere Windungen, so könnte es vermöge der einzigen untern mit allem Rechte hieher gezählt werden.

FARBE schwach gelblich weiß.

VATERLAND Zoophyten-Concretionen des mittelländischen Meeres.

GRÖSSE $\frac{1}{2}$ Linie im Durchmesser.

 NAUTILUS ASTERIZANS.

DER GESTIRNTE SCHIFFER.

T A B. 3. Fig. e. f. g. h.

 Soldani *Testaceogr.* T. I. P. I. p. 66. tab. 60. lit. B.?

TESTA spiralis involuta, subrotundata, subcompressa, lævis, lateribus modice elevatis; dorso acute carinato; anfractibus crassitudine repente decrescens; umbilico alterius lateris apertis fatis profundo, orbiculari, protuberantiis lanceolatis brevibus radiatim, i. e. perpendiculariter in ejus peripheria dispositis circumdato (unde nomen speciei), lateris oppositi medio loco umbilici solum leviter impresso; articulis extimi anfractus tredecim lente decrescens, versus dissipimenta elevationibus, cataphractæ laminas mentientibus; dissipimentis antrosum valde convexis in latere radiato costarum insar prominulis; plano orali fatis convexo magno cordato; orificio ad hujus latus interius lineari, secundum articulorum curvaturam parabolice arcuato (fig. o.) lineola levissime impressa circumdato. Dni. Abbatis Soldani icon supra citata secundum peripheriam testæ et dissipimenta huc pertinere videtur,

Die SCHALE ist schnirkelförmig in sich selbst gewunden, ziemlich rund, glatt, und etwas zusammengedrückt, auf beiden Seiten mächtig erhaben; der Rücken ist scharf gekielt; die Windungen nehmen in ihrer Stärke ziemlich jähe ab; im Mittelpunkte der einen Seite befindet sich ein offener, stark vertiefter, kreisrunder Nabel, welchen lanzettförmige kurze Erhabenheiten umgeben, die allezeit senkrecht auf derselben Peripherie aufsitzen, mithin die Figur eines Sternes bilden (woher auch obige Benennung abgeleitet ist) auf der andern Seite ist statt des Nabels nur eine Meine, sehr leicht eingedrückte Vertiefung. Die Glieder, deren an der äußersten Windung dreizehn sichtbar sind, werden nur allmählig einwärts kleiner, sind gegen die Scheidewände etwas bauchig, und sehen daher im Ganzen wie über einander liegende Schienen eines Harnisches aus. Die Scheidewände sind vorwärts stark convex, und auf der gestirnt-

attamen deficientibus circa umbilicum protuberantiis nonnisi interrogative allegare volumus.

COLOR flavido-griseus.
 PATRIA Concretiones zoophyticae maris mediterranei.
 MENSURA $\frac{1}{3}$ lin. diam.

ten Seite wie kleine Ribben etwas hervorragend. Die Mündungsfläche ist stark gewölbt, groß, und herzförmig. Die Mündung ist strichförmig, liegt am innern Theile der Mündungsfläche, ist parabolisch nach der Krümmung der Glieder gebogen, (fig. o.), und mit einer sehr leicht eingedrückten Linie umgeben. Die oben angeführte Abbildung des Hrn. Abts Soldani scheint, nach dem Umriffe der Schale und den Zwischenräumen zu urtheilen, hierher zu gehören, doch fehlen ihr die sternförmigen Erhabenheiten um den Nabel, wesswegen wir sie auch nur fragweise bezrachten.

FARBE gelblich grau.
 WATERLAND Zoophyten - Concretionen des mittelländischen Meeres.
 GRÖSSE ein Drittel einer Linie im Durchmesser.

NAUTILUS INCRASSATUS.

DER AUFGEBLASENE SCHIFFER.

T A B. 4. Fig. a. b. c.

TESTA spiralis involuta, partem orificii prolongatam si excipias, subrotundata, utrinque æqualiter incrassata, punctulis

Die SCHALE ist spiralförmig, in sich selbst gewunden, den verlängerten Theil der Mündung ausgenommen, beynahe

excavatis notata subtilissimis, ita ut pingendo non exprimenda); dorso obtuso, anfractibus lente, sed regulariter crescentibus; umbilico utrinque magno prominente depresso eminentiis aliquot obsoletis inæquabili; articulis 12 visibilibus paulatim crescentibus, modice elevatis; isthmis antrorsum mediocriter convexis; plano orali lunato valde convexo; orificio lineari in latere illius interiore secundum articulorum interiorum convexitatem parabolice curvato, extus margine membranaceo subtilissimo.

COLOR albide rubescens.

PATRIA Portus ferrarius in insula Elba mar. medit.

MENSURA $\frac{2}{3}$ lin. diam.

rund, auf beyden Seiten gleich und stark gewölbt, und durchaus mit so äusserst kleinen vertieften Punkten gleichsam wie besetzt, dass man sie in der Abbildung unmöglich ausdrücken konnte. Der Rücken ist stumpf zugerundet. Die Windungen nehmen in der Dicke langsam, aber regelmässig ab; in ihrer Mitte ist auf beyden Seiten ein grosser, etwas erhöhter, platt gedrückter Nabel zu sehen, welcher durch einige schwache und gleichsam verlohene Erhöhungen rau gemacht wird. Die 12 sichtbaren Glieder sind wenig erhaben, und nehmen allmählig an Grösse zu; die Scheidewände sind vorwärts schwach gewölbt; die Mündungsfläche ist halbmondförmig und stark erhaben gewölbt; an dem innern Theile derselben befindet sich die Mündung, die strichförmig parabolisch nach dem Rücken der hinein laufenden Windung gekrümmt und mit einem feinen dünnen Rande eingefasst ist.

FARBE schwach röthlich oder weiss röthlich.

VATERLAND Portoferrajo auf der Insel Elba im mittelländischen Meer.

GRÖSSE, $\frac{2}{3}$ einer Linie im Durchmesser.

 NAUTILUS CRISPUS.

DER KRAUSE SCHIFFER.

 T A B. 4. Fig. d. e. f. & T A B. 5. Fig. a. b.

Der Körner-Nautilus Stat. Müller.

Das punktirte und mit Reifen umlegte Amoussornu Schröter.

Das punktirte Amoussornu Schreibers.

Nautilus striatus vulgarissimus Soldani.

Linn. Syst. nat. edit. XII. 1767. Tom. I. p. 1162. Sp. 265.

— Natursystem v. Stat. Müller, Tb. 6 Bd. 1. p. 356. Sp. 275.

— Syst. N. edit. XIII. Gmelin, T. 1. P. 6. p. 3570. Sp. 3.

Planc. Conch. p. 10. tab. 1. fig. 2. (fals.).

Gualt. Ind. rest. tab. 19. fig. A. D. (fals.).

Ginanni Adriae. tab. 14. fig. 112.

Ledermüll. Microsc. tab. 8. fig. B. (fals.).

 Martini Conch. Cab. Bd. 3. p. 248—253. tab. 20. fig. 172, 173. (ex Gualt.) & 174.
(ex Lederm.).

Schröter. Conchyl Kennn. B. 1. p. 10. Sp. 3.

Schreibers Conch. Kennn. B. 1. p. 3. Sp. 3.

Soldani Saggio oritogr. p. 100. tab. 2. fig. 17. Y. Z.

 — Testaceogr. T. 1. P. 1. p. 54. tab. 33. fig. F. & tab. 34. G. H.

TESTA spiralis involuta suborbicularis, utrinque aequaliter subconico-elevata; dorso subacute carinato; anfractibus tribus quatuorve (uti ex specimenibus dimidiatis tab. 5. fig. a. b. videri

Die **SCHALE** ist schneckenförmig in sich selbst gewunden, ziemlich kreisförmig zugerundet, auf beyden Seiten gleich stark, gleichsam kegelförmig erhaben, indem sie duhlförmig vom Mittelpunkte gegen den

licet) magnitudine lente crescentibus; umbilico centrali utrinque prominulo depresso, plurimum magno, rarius minore, aliquot punctis leviter excavatis praedito, ex quo multae striae elevatiores vel costulae flexuosae satis approximatæ radiatim usque ad peripheriam tendunt, dissepimentis thalammorum suffultæ, numero autem valde impares, dum in quibusdam specimenibus solum viginti, in aliis vero plures quam quadraginta, quandoque numerantur. Sulci ex istarum striarum elevatione exorti lineolis incisiss, brevibus, densis, parallelis, transversalibus seu secundum ductum anfractuum striati sunt. Dissepimenta antrosum satis convexa, in extremo anfractu striis elevatis sive costulis numero conformia. Infra istos sulcos jacent Thalami angusti, extus ad latus anterius & posterius elevationes, medio depressiores, qui non profusus ad centrum pertingere videntur, quia ibi testaceus solidus conspicitur nucleus, (tab. 5. fig. b.) An hoc solummodo in eo latet, quod specimina dimidiata non satis ad medium usque cote affricta sint, propter exiguitatem certo determinari haud potest. Planum orale subtriangulare, cruribus ambobus subrectilineis, basi parabolice incurvata. Orificium ad ejus marginem interiorem lineare angustum, secundum formam marginis s. dorsi anfractus interioris arcuatum, interruptum, i. e. ex pluribus foraminulis compositum, quæ quasi isthmulis ejusdem magnitudi-

Rand zu abnimmt; der Rücken ist schmal und ziemlich scharf gekielt. Die Windungen, deren (wie man aus angegriffenen Stücken Tab. 5. Fig. a. b. sehen kann) 3 bis 4 sind, nehmen in ihrer Größe langsam zu. Auf ihrer Mitte befindet sich an beyden Seiten ein etwas hervorsteherndes, aber platt gedrücktes, gewöhnlich großes, seltner kleiner, Nabel, der mit einigen schwach vertieften Punkten versehen ist; von ihm laufen viele etwas hin und her gebogene ziemlich erhabene Streifen oder Rippen strahlweise bis an den Rand, die auf den unter ihnen stehenden Zwischenwänden der Kammern aufliegen, an der Zahl aber sehr ungleich sind, indem man an einigen Stücken nur bey zwanzig, und an andern manchmahl einige vierzig zählen kann; diese Streifen liegen daher immer nahe, oft aber sehr enge beysammen; die zwischen diesen befindlichen Furchen sind durch nahe bey einander liegende kleine, längliche, vertiefte, parallele Punkten, oder kleine vertiefte Linien nach der Quere, d. i. die dem Gauge der Windungen folgen, gestreift. Die Scheidewände sind vorwärts ziemlich stark convex und auf der ersten Windung soviel an der Zahl, als erhöhte Streifen darauf zu zählen sind. Unter gedachten Furchen liegen die Kammern, die außen auf der vordern und hintern Seite etwas erhöht, in der Mitte etwas eingedrückt sind, und nicht bis zum Mittelpunkte zu reichen scheinen, indem man in der Mitte einen schaligen

itudinis intersepta sunt (tab. 4. fig. f. o.).

Cum quidam celeberrimi Conchyliologi & Lithologi in hac specie protypum naturalem cujusdam speciei minoris a Joanne Gesnero primum sic dictorum *Helicitarum* sub *Nautili lenticularis* nomine nobis venientis (vid. infra tab. 6. fig. e. f. g. h. & tab. 7. tota), se invenisse crediderint; etiam hujus intuitu speciminis dimidiati iconem dari aliquale operæ pretium esse duximus, ut tam ex comparatione internæ structuræ hujus speciei & amborum *Helicitarum* (tab. 6. fig. g. & tab. 7. fig. e. f.), quam externæ structuræ, non quidem magna, attamen semper essentialis elucescat differentia.

vollen Kern bemerkt (tab. 5. fig. b.) Ob dieses nur von dem hervührt, daß die Stücke nicht genugsam aufgeschliffen sind, läßt sich wegen der Kleinheit weder mit Gewisheit behaupten, noch verneinen. Die Mündungsfläche macht einigermaßen ein Dreyeck, dessen beyde Schenkel fast geradlinig sind, die Grundlinie aber parabolisch einwärts gebogen ist. Die Mündung befindet sich am innern Rande derselben, ist strichförmig, sehr schmal nach der Gestalt des Randes oder des Rückens der innern Windung gekrümmt und unterbrochen, d. i. sie besteht aus mehreren kleinen Löchern, die durch eben so große Scheidewände von einander unterschieden sind (tab. 4. fig. f. o.).

Da es berühmte Conchyliologen und Lithologen gibt, die in der Meynung stehen, in diesem *Nautilus* das natürliche Original zu einer kleinern Art der vom Joh. Gesner so genannten *Heliciten*, unserm *Linsehschiffer* (siehe unten tab. 6. fig. e. f. g. h. und die ganze tab. 7.), gefunden zu haben, so war unsers Erachtens es schon in diesem Betrachte der Mühe werth, ein aufgeschliffenes Stück dieser Art abzubilden (tab. 5. fig. b.), um durch Vergleichung sowohl dieses Aufgeschliffenes und jenes der beyden *Heliciten* (tab. 6. fig. g. und tab. 7. fig. e. f.), als auch der äußern Gestalt, den zwar nicht starken, doch immer wesentlichen Unterschied deutlicher zu machen.

COLOR albus, sæpe etiam flavescens, aut cinerascens, umbilici eminentis cærulefcens.

PATRIA naturalium præcipue maræ adriaticum & mediterraneum; fossilium varii tractus Hetruriæ.

MENSURA media circa $\frac{2}{3}$ lin. diam. At inveniuntur etiam a $\frac{1}{3}$ — $\frac{2}{3}$ lin. Crassitudo ad diametrum latitudinis est ut 2 ad 5.

Nota. Siphonem sensu strictiori, qualem Gualtierus se vidisse perhibuit & icone repræsentavit (Ind. test. tab. 19. fig. d.) cujusque auctoritate seducti alii hoc relatum retulerunt, vitrorum sat bonorum ope videre non potuimus, quare de istius forma situque haud quidquam dicere possumus. Forsan Gualtierus unum ex istis foraminulis orificii testæ aperturam siphunculi esse credidit reliquaque etiam adesse sibi persuasit, ac præterea tota ejus icon suspitioni obnoxia est ejusque descriptioni contradicens, cum ex gr. dorsum obtusum s. rotundatum icone repræsentetur, attamen valde acutum & marginatum superficiemque testæ granulis minutis obsitam describat, quæ vero non puncta elevata seu granula, sed excavata elongata, vel potius lineolas incisas breves habet. Hæc descriptio fortasse Statio Müllero in systematis Linnæani versione germanica, absque ulteriori examine, hanc speciem *Körnernau-*

FARBE gewöhnlich weiß, sie fällt aber auch oft in das Gelbe und Graue, der erhöhte Nabel ist etwas bläulich.

VATERLAND der natürlichen hauptsächlich das adriatische und mittelländische Meer; fossil findet man sie in mehreren Gegenden von Toscana.

Die mittlere *GRÖSSE* ist ungefähr $\frac{1}{3}$ einer Linie im Durchmesser, man findet sie aber auch von $\frac{1}{3}$ bis $\frac{2}{3}$ Linien. Die Dicke verhält sich zum Durchmesser ihrer Breite ungefähr wie 2 — 5.

Anmerk. Eine eigentliche Nervenröhre, wie sie Gualtieri gesehen haben will und abgebildet hat (Ind. test. tab. 19. fig. d.) und welches andere durch sein Ansehen verleitet ihm nachgesagt haben, haben wir mit unsern Vergrößerungsgläsern nicht gewahr werden können, daher wir von seiner Gestalt und Lage nichts sagen können. Vielleicht hat Gualtieri eines von den kleinen Löchern der Mündung für die Öffnung der Nervenröhre angesehen und sich das übrige hinzugedacht, wie denn seine ganze Figur verdächtig ist, die seiner Beschreibung widerspricht, da er z. B. den Rand bauchig abbilden läßt, und ihn doch sehr scharf und gesäumt, und die Oberfläche der Schale als sehr fein gekörnt beschreibet, die gleichwohl keine erhabene, sondern vertiefte längliche Punkte, oder eigentlich eingeschnittene kleine Linien hat. Diese Beschreibung mag auch dem Statio Müller Anlaß gegeben haben, in seinem verdeutschten linneischen

tilus (*Nautilus granulatum*) denominationi ansum dedit, quam denominationem quidem, licet inadæquatam, tamen multis Germanis jam notam & a quibusdam receptam hic retinuisse, quia secundum Linnæi regulas (non ad ejus exemplum) non sine necessitate nomina jam trita mutanda sunt. Sed cum jam *Nautili* nomen germanica voce *Schiffer* expresserimus & supra dicta denominatio Mülleriana nondum ubique recepta sit, insuperque ad falsas ideas seducere possit; fatius duximus totum nomen immutare novumque ac latinæ denominationi magis respondens condere, etiamsi ingenue confitemur, ne hoc quidem nobis fati specificum videri ad hanc speciem a ceteris omnibus perfecte discernendam. Qui sciunt, longe facilius esse perfectam componere speciei descriptionem, quam in genere paululum prolixo invenire nomen specificum adæquatam, facile nobis condonabunt.

Magis convenienter a Dno. Schrötero hæc species nominabatur *das punctirte und mit Reifen umlegte Ammonshorn* (*Cornu Ammonis punctatum & cingulis circumdatum*), etsi hoc quidem non purum nomen, sed jam aliqualis descriptio est. Character specificus a Linnæo voca-

Natursystem, ohne weitere Untersuchung, dieser Art den Namen Körnernautilus beizulegen, den wir, ob er schon nicht passend ist, ihr dennoch hier, als einen schon vielen Deutschen bekannten und von einigen angenommenen, gelassen hätten, weil man nach den Regeln des Linné (nicht nach seinem Beispiele) bekannte Nahmen nicht ohne Noth abändern soll. Da wir aber schon den lateinischen Nahmen Nautilus deutsch durch Schiffer ausgedrückt haben, und die vorgenannte müllerische Benennung nicht durchgehends angenommen ist, auch über dies zu falschen Begriffen verleiten kann; so haben wir fürs beste gehalten, den ganzen Nahmen zu ändern und einen neuen mit dem lateinischen mehr übereinstimmenden dafür zu setzen, ob wir wohl bekennen müssen, daß auch dieser uns nicht spezifisch genug ist, um diese Art von allen Geschlechtsverwandten vollkommen zu unterscheiden. Wer weiß, daß es weit leichter sey, eine ganze Beschreibung einer Art zu machen, als in einem etwas weitläufigen Geschlecht einen guten spezifischen Nahmen zu einer Art zu finden, wird es uns leicht verzeihen.

Viel treffender nannte sie Schröter das punctirte und mit Reifen umlegte Ammonshorn, obwohl freylich dieses kein bloßer Nahme, sondern schon eine halbe Beschreibung ist. Linné drückte den spezifischen Charakter lateinisch recht gut durch crispus aus; denn crispum und

bulo *crispus* non inepte expressus est; *crispum* enim seu *crispatum* secundum ejus terminologiam idem significat, ac *flexuosum*, hin und her gebogen, *testa lineis crispata* i. e. *lineis flexuosis exasperata* (vid. Murray fund. testaceol. germ. in Schröteri Ephemeridibus für die Litter. und Kenntn. der Naturgeschichte &c. T. 1. p. 229. *Testa*. Minus accurate Linnaeus usus est phrasi: *geniculis crenatis*, quibus aliquantum depressiora & lineolis incisus transversalibus notata thalamos obtegentia intervalla inter altiores isthmis suffulta strias s. costulas intellexit. Lineolas istas transversales *crenas* nuncupanti, propter aliqualem inter utrasque similitudinem, quidem non contradicturi sumus; sed quod modo dicta intervalla appellaverit *genicula*, nimis alienum abs re nobis videtur, quin etiam definitioni *Geniculi* ab ipso datae (Murray fundam. testac. Schröteri cit. T. 1. Ephem. p. 215.) contradiceret; *geniculum* enim secundum ipsum est coarctatio anfractuum respondens sepimento interno (i. e. quæ suffulta est sepimento subjacente), ergo non respondens thalamo, qui dissepimentis interjacet. Plerumque thalami plus minusve elevati æque partes, infra quas dissepimenta latitant, profundiores sunt, & ad hasce quadrat definitio linnaeana; rarius autem inveniuntur hæ partes altiores thalamis, velut in nostra specie, quo casu, si ejusmodi partes elevatiores appellarentur *genicula*, contra regulam

crispatum heißt nach seiner Terminologie soviel als *flexuosum*, hin und her gebogen, gefchlängelt, *testa lineis crispata*, i. e. *lineis flexuosis exasperata*, (S. Murray fundam. Testaceolog. etc. Die Terminologie deutsch von Schröteri in Litter. und Kenntn. der Nat. G. &c. I. Bd. S. 229. *Testa*). Minder richtig bediente sich Linné des Ausdrucks: *geniculis crenatis*, wodurch er den etwas niedrigen und quergestrichelten, die Kammern deckenden Raum, zwischen den höhern über die Scheidewände hinlaufenden Streifen verstand. Dawider, daß er die kleinen Querstriche mit dem Nahmen Kerben belegte, wollen wir, wegen einiger Ähnlichkeit zwischen beyderley Gestalt, eben nichts einwenden; allein diese Zwischenräume *genicula* zu nennen, möchte zu hart seyn, widerspräche auch seiner Erklärung vom *geniculum* (Murray fundam. testac. Schröteri in angef. Bd. S. 215.), denn dies ist nach ihm eine Verengerung der Windungen, die auf der innern Scheidewand aufliegt (*Coarctatio anfractuum respondens sepimento interno*), also nicht über einer Kammer, die zwischen Scheidewänden inne liegt. Gewöhnlich sind die Kammern mehr oder weniger erhöht und die Theile, worunter die Scheidewände liegen, vertieft, und auf diese trifft die linnaeische Definition; seltner aber sind diese letztern höher als die Kammern, wie hier der Fall ist, und da würde es unrichtig seyn, die Erhöhungen *Genicula* zu nen-

evidentiæ peccaretur, quoniam hac ratione hæc in duplici fumerentur sensu. Interea Linnæus forsan credidit, strias elevatas esse articulos, i. e. tegmina sive parietes superiores thalamorum, et sulcos profundiores lineatos vel crenatos esse a dissipationis fuffultas partes, & tunc omnia cum definitione sua bene convenissent. Ceterum quoque exempla in medio sunt, quæ testantur, Linnæum in describendis speciebus regulas suas terminologicas non semper satis stricte secutum esse, verbi causa: Nautilum Calcar descripsit *geniculis elevatis*, N. rugosum vero *dissipationis internis extrinsecus prominulis*, cum tamen vi definitionis suæ genicula non elevata & dissipationa non prominula esse debeant. Occasione data prætermittere nolumus, vocem *coarctatio* a Dno. Schrötero l. cit. sensui linnæano frictiori non satis convenienter vocabulo *Verbindung* (Combinatio, Coniunctio) germanice redditam esse, quod Viro huic laboriosissimo magnoque in scientia conchyliologica erudito, forsan nimis festinanti elapsium est, sicut etiam verosimiliter conjici licet, totum non perfectam versionem omnium terminorum technicorum, sed potius definitionum solummodo fuisse. Sic etiam fortasse nimis superficialis inspectio Nautili crispi nostrum de reliquo æterne venerandum Linnæum in errorem induxit, ut *planum orale*, quod quandoque fere cordatum, in quibusdam speciminibus vero admo-

nen, weil auf solche Weise diese einen Doppelsinn haben würden, welches wider die Regel der Deutlichkeit wäre. Indessen ist es auch möglich, dass Linné geglaubt hat, die erhöhten Streifen hier wären die Glieder, d. i. die Decken oder die obere Wände der Kammern, und die vertieften gestrichelten oder gekerbten Furchen darzwischen die von den Scheidewänden unterstützten Theile, und dann hätte er nach seiner Definition recht gehabt. Übrigens hat man Beispiele, dass Linné bey Beschreibung verschiedener Arten seinen terminologischen Regeln nicht allezeit getreu geblieben ist. Z. B. den Nautilus Calcar beschreibt er mit *geniculis elevatis*, den Naut. rugosus mit *dissipationis internis extrinsecus prominulis*, da doch nach seiner Erklärung *genicula nicht elevata*, und *dissipationa nicht prominula seyn* sollen. Gelegenheitlich zu sagen, hat Hr. Schröter am angef. Ort das Wort *Coarctatio nicht in eigentlichen linneischen Sinn deutsch durch Verbindung (Combinatio, Coniunctio) übersetzt*, welches diesem so arbeitamen Manne und großen Conchyliologen in Eile entwischet seyn mag, wie man denn auch überhaupt siehet, dass das Ganze keine vollkommene Übersetzung der Worte, sondern vielmehr nur der Erklärungen hat seyn sollen. So mag auch eine zu flüchtige Ansicht des Naut. crispus unsern übrigen ewig verehrlichen Linné verleitet haben, die Mündungsfläche, die manchmahl fast herzförmig, an andern

dum compressum, vel mera rima est, pro orificio ipso habuerit &, quia in suo exemplari partem hanc semicordatam inveniēbat, eam hac de re aperturam semicordatam dixerit.

Individuen wieder ganz zusammengedrückt, oder wie eine bloße Spalte erscheint, für die Mündung selbst anzusehen und, weil er an seinem Exemplar diesen Theil gerade halbherzförmig fand, ihn aperturam semicordatam zu nennen.

NAUTILUS COSTATUS.

DER GERIBBTE SCHIFFER.

T A B. 4. Fig. g. h. i.

TESTA spiralis involuta, subrotundata, antice subrostrata, utrinque valde convexa; dorso obtuso, per medium quasi carinato, margine membranaceo tenui partim subdentato, dentibus latis obtusis brevibus, in *anfractuum* utroque centro *umbilico* minuto parum prominente; *isthmis* antrorsum leviter convexis; *articulis* sex conspicuis fere planis costatis, costis angustis, sed densis, ambitui parallelis, excepto ultimo, cujus costæ antrorsum in partis subrostratæ extremitate subcrenata convergunt, uti & penultimo, cujus aliquot costæ exteriores parallelæ,

Die SCHALE ist spiral in sich selbst gewunden, vorn etwas schnauzenartig, sonst aber rund, auf beyden Seiten stark gewölbt; der Rücken gerundet, und erscheint nur durch den dünnen häutigen Rand, der hier und da mit einer Art dünner breiter Zähne versehen ist, als gekielt; die Windungen haben auf jeder Seite in der Mitte einen kleinen etwas hervorstehenden Nabel; die Scheidewände sind vorwärts nicht stark convex; die auf der ersten Windung sichtbaren sechs Glieder sind beynahe flach, geribbt, die Rippen schmal, aber dicht beyammen, und

interiores vero inordinate, partim quasi fractæ, dislocatæ sunt; *plano orali* parabolico, in quo prope extremitatem crenatam partis rostratæ loco *orifici* adfunt tres pori approximati in triangulo dispositi, infra quos rimula brevis utrinque submarginata secundum longitudinem plani oralis incisa est.

richten sich in ihrer Lage nach dem Umlauf der Windungen, ausgenommen im letzten Glied, wo sie vorwärts gegen den schnauzenförmigen am Ende etwas gekerbten Theil zu zusammen laufen, so auch am vorletzten Gliede, wo etliche äussere Ribben parallel, die innern aber unordentlich, zum Theil wie zerbrochen, zerstreut liegen. Die Mündungsfläche ist parabolisch, auf welcher nahe an dem gekerbten äussern Ende des schnauzenähnlichen Theils anstatt der Mündung drey kleine runde Löcher in einem Dreyecke nahe beysammen zu sehen sind, unter welchen eine feine kurze, auf beyden Seiten etwas aufgeworfene Spalte nach der Länge der Mündungsfläche eingeschnitten ist.

COLOR albidus.

PATRIA littus mauritanum Africæ.

MENSURA $\frac{1}{2}$ lin. diam.

FARBE weislich.

VATERLAND die marokanische Küste in Afrika.

GRÖSSE $\frac{1}{2}$ Linie im Durchmesser.

 NAUTILUS STRIGILATUS.

DER GESTRICHELTE SCHIFFER.

VARIETAS *α*

ERSTE ABÄNDERUNG

dorso integro.

mit ganzem Rücken.

T A B. 5. Fig. c. d. e.

Soldani *Testacogr.* T. I. P. I. p. 54. tab. 34. fig. I. (subsimil.).

TESTA spiralis involuta suborbicularis, utrinque mediocriter elevata, sed articulis tribus ultimis fatis tumidis; dorso acute carinato integro, umbilico mediocri lævi, parum impresso; dissipationis antrorsum convexis, extus elevatis seu subcostatis, plerumque viginti duobus quatuorve in extimo anfractu conspicuo; inde thalami angusti extus medio plani, ad latera subelevati, inter dissipationem spiraler striati, quasi crenati striis incis brevibus confertis; plano orali subcordiformi, sed duobus lobis acuminatis, in cujus margine interiori orificium lineare angustum subparabolice secundum formam marginis s. dorsi anfractus interioris arcuatum, integrum (non interruptum ut in N. crispo).

Die SCHALE ist in sich selbst fast kreisrund gewunden, auf beyden Seiten mitelmäßig erhaben, an den drey letzten Gliedern aber ziemlich aufgeschwollen; der Rücken ist scharf gekielt und ganz; der Nabel von mittlerer Größe, glatt, und etwas eingedrückt; die Scheidewände sind vorwärts convex, auswendig gleich feinen Ribben erhaben, und gewöhnlich auf der ersten Windung einige zwanzig an der Zahl; daher sind die Kammern enge, auswendig in der Mitte flach, an beyden Seiten etwas erhaben, zwischen den Scheidewänden nach dem Gauge der Windungen mit vielen kurzen an einander liegenden vertieften Strichen, gleichsam wie mit Kerben besetzt; die Mündungsfläche ist einigermaßen herzförmig, die beyden Lappen oder Flügel

COLOR albidus.

PATRIA copiose ad Poville prope
Novi in littorali Aufriaco maris adria-
tici.

MENSURA $\frac{2}{3}$ lin. diam.

VARIETAS β

dorso membranaceo dentato.

Discedit a præcedente non nisi margi-
ne dorsali membranaceo dentato, denti-
bus acutis, inæqualis longitudinis, laxè
distantibus a se invicem,

COLOR, PATRIA & MENSURA
ut supra.

Nota. Multi forsan hunc Nautilum,
præsertim primo intuitu, eandem cum N.
crispo esse speciem credent, cui alioquin
valde similis est; sed differt satis articu-
lis ultimis tumidoribus, lateribus com-
pressioribus, umbilico minori impresso,
qui in N. *crispo* maguus & prominens.
Denique plani oralis differentia notabilis
& in varietate β margo dorsalis mem-

aber zugespitzt; an ihrem innern Ran-
de liegt die strichförmige schmale Mjün-
dung, die etwas parabolisch nach der Ge-
stalt des Randes oder Rückens der innern
Windung gekrümmt und ganz ist (nicht
